



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Maria, q[uae] filiu[m] suu[m] comedit assatu[m]. Cap. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

rum, & primo quidem diræ & inauditæ famis exitio plaga intolerabilis diuinitus mittitur, in tantum, ut bella & cædes inter parentes & liberos committeretur, dum non solum è manibus, sed ex ipsis faucibus inuicem rapere cibum decertant. Ad ultimum quidem nec loris vel cingulis, aut etiā ipsis calceamētis abstinent. Portarum quoq; indumenta detrahentes, cōscienda dentibus ingerunt, nonnulli & fœni veteris eundunt festucas. Porro gerit ibi facinus execrabile, neq; adhuc apud Græcos, neq; apud Barbaros auditum.

## DE MARIA QVAE FILI-

um suum comedit.

### Caput VII.

**M**Vlier quædam Maria nomine, genere & factatibus nobilis, quæ ad diem festum cum ceteris de transiordanis alueo cōfluxerat, cū famis ingrauescente periculo, & hostis deprædatiōe omnino iam fame deficeret, pessimis vfa consultoriis, paruulum filium, qui ci erat sub vberibus, iugulat, igni suppōsitū torret. Dimidiū quidem cōsumit, dimidium vero reseruat. Prædonibus quidem, mox odore carnium cōperto ingressis, partē offert. Meus inquiens, hic partus est, nolite effici aut matre religiosores, aut fœmina moliores. Edite, nam & prior comedī. Ilico vniuersa regio tam nefarij sceleris nuntio repletur. Nec multo post magnifica & famosissima ciuitas Hierosolymorū capitur. Cuius quanta fuerit vastitas, quāta in ea diuersarum mortium strages, vix scripto cōprehendit, ubi vndeclies centena milia fame & ferro peremptorū computantur, exceptis

## RERVM MEMO. LIB. III.

quibusq; iuuenibus electis, qui propter decorem cor  
poris & proceritatē ad triumphū reseruantur, cāte-  
risq; alijs qui ad opera Aegypti, vel ad secanda mar-  
mora, vel ad extrahenda metalla destinantur, vel per  
puincias vinēti in seruitutē distrahitur, quoꝝ fit nu-  
merus vſq; ad nonaginta milia. Sed ne quis de hac ca-  
ptor; vel occisorū ambigat multitudine, nouerit tūc  
zēporis ad diem festū Paschæ Hierosolymis cōuenis-  
se ter decies centena milia Iudæor; ad iustum dei retrī-  
butionem hoc tempore vltionis electo: vt qui in die-  
bus Paschæ dominum saluatorem morte turpissima  
damnarunt, ipsi quoꝝ turpissimis mortibus & cladi-  
bus inauditis eisdem diebus damnarētur. HAYMO:  
Et qui in eius damnatione dies festos duxerunt solē-  
nes, nunc ipsos suis damnationibus agerent luctuo-  
sos. Qui etiam recte fame percūt, vt qui domino esu-  
rienti salutem eorum, fel in escam dabant, omnimo-  
da suauitate escarum priuarentur.

## DE TEMPORE SVBVERSIO nis Hierusalem. Cap. VIII.

**F**it autē hæc Hierosolymæ subuersio xl. annis a  
passione dñi dilata vltione, anno imperij Ve-  
spasiani secūdo, vt interim potuissent Iudæi, si  
vellent locū pœnitētię inuenisse, commoniti sāpe ab  
apostolis, prædictā ciuitatis adesse euerisionē, & à Ia-  
cobō fratre domini edocti dum viueret, p signa & , p  
digia cœlitus ostēsa, ante tēpus excidijs cōmonebātur.  
Eterñ stella præfulgens, gladio per omnia similis im-  
minere desuper ciuitati, & Cometes præterea exitia-  
libus flammis per totum ardere visus est annum.